



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Non omnem fraternalm charitatem perfectionem esse. Cap. xxiv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Aug. in
Psa. 121.

Hoc præterea fine dilectione veram ab inani, & noxia discernimus. Quia si diligas fratrem, ut ab eo diligaris, & laudibus, & honoribus extollaris, hoc vanitas est. Ut quid enim vis ab homine aut amari, aut honorari, à quo oblatus honor est sicut fumus, qui statim fugit, & evanescit? Si autem diligas, ut aliquid confequaris, hoc turpe lucrum est; nam inestimabili pretio amoris tui quæstum facis rei peritura, & præmij à remuneratore Deo in veros fratrum amatores decreti, iacturam pateris; ut vero diligas ut voluptatem capias, hoc peruersitas est: Castum namque mentis affectū ad obscenās delicias, & luauitatis detorgues, & amore, omnīs boni originem, in principiū iniquitatis, & fœditatis convertis. Hoc etiā fine dilectione sanctam à profana seiuungimus. Profanus quippe amor est ille, qui Dei obliuia, rebus creatiis inhaeret, sanctus vero est, qui res creatas omnes trascendēs, & in illis Creatorē inquiris diuinō nomini consecratur, sanctus profecto amor, qui nos efficit sanctos, & puritatis desiderio voluntates nostras accedit. Sicut enim amor immundus (ait Augustinus) inflamat animā, & ad terrena concupiscēta, & perturba se cuncta vocat, & in ima præcipitat, atq; in profunda demergit: Sic amor sanctus ad superna eleuat, & ad æterna inflammat, & ad ea, quæ non transcunt, neq; moriuntur, excitat animā, & de profundo inferni leuat ad cælum.] Hoc tandem fine dilectio iusta ab iniusta distinguitur. Quæ enim in Deum non dirigitur, nequaque ei displacecere tinet, ut homini placeat; & facile domini mandata postponit, ut humana iussa perficiat. At quæ in suū tendit auctorem, ut in malum consentiam fratri, nullo modo permittit. Nam si frater Dei gratia diligitor, non est in his rebus obediens ei, quibus ita Domini provocatur. Sicut enim fidelis seruus, qui vincit Domini sui filiā, ob solum Domini amorem impensè diligit, nulla ratione illi in his obtemperandum putat, quæ suis est herus molestissimè latus; sic & sanctus fratrum amator, qui solum Deum dilectionis sue finem intuetur, non est fratribus adjumento in his, quæ Deo non placent, sive quæ lege prohibuit. Talis ergo, qualem descripsimus est proximorum dilectio; quam deinde fraternalm charitatem appellabimus, charitatis nomine Patri, à virtute ipsa ad virtutis opus, sive actionem deruantur. Quæ quidem, cùm se in supremū sui gradum extulerit, pars perfectionis est, & simul cum dilectione Dei totam vitā spiritualis perfectionem compleat. Illum autem supremū charitatis fraternalis gradum, nunc inuestigare, & explicare conabimur.

*Non omnem fraternalm charitatem
perfectionem esse.*

CAPVT XXIV.

Si c v t charitatis Dei diuersas partes, gradusque distinximus, & in supremo illorum perfectionem constituiimus, ita charitatis fraternalis distincti gradus assignandi sunt, ut in postremo, ac sublimissimo hanc (quæ proximos respicit) perfectionis partem collocemus. Neque enim credendum est, quemvis fraternalm charitatem habentem esse perfectum, sed illum, qui cumulate, & perfecte eandem obtinuerit, & supremum diligendi proximum Dei causa; gradum atrigerit. Nam si in aliis disciplinis hunc disciplinam tantum gultare capisci, illum vero medioriter proficisse, alium vero ad culmen scientia perueniente putamus, cur in charitatis fraternalis disciplina, quæ ordinem, non tam sciendi, quam faciendi haberet, easdem profectus diffe, entias non assignabimus; ita

A scilicet, ut in hac præstantissima virtute quendam incipientem esse, quendam vero proficientem, alium autem perfectū existimemus? Sed hos charitatis fraternalis gradus, quibus ad hanc perfectionis partē concidunt, nō est facile assignare. Enimvero sanctissimus Bernardus, & in rebus spiritualibus supra quām credi potest, exercitus, vniuersam charitatem in quinque gradus distribuit, quorum primos quatuor fratru amori, quintū vero Dei dilectioni cōcedit. Est (inquit) amor pius, quo parētes diligimus. Est amor iocūdus, quo socios diligimus. Est & erga omnes homines amor iustus; erga inimicos amor violentus; erga Deum sanctus, sive deuotus.] Qui statim hos charitatis gradus, pulcherrimè quinq; sēlibus adaptat; & primū tacuti, postremum visui, tres medios gustui, olfactui, auditui que accommodat ut secundum perfectionem sensu, minorē, aut maiorē his amoribus perfectionē attribuat. Gregorius vero distinctione quadā magis generali fraternali charitatem in duos tantū gradus distinguat; quorū primus amicos diligat; secundus vero se etiā ad iniūcios extedit. Qualiter (ait) ista dilectio sit tenenda, ipse Dominus infinitus, qui in plerisque Scriptura sua sententiis, & amicos iubet diligere in se, & inimicos diligere propter se. Ille enim veraciter charitatem habet, qui amicum diligit in Deo & inimicum diligit propter Deum.] Et hæc sanè charitatis partio, eo maiori reverentia suscipienda est, quod in Domini sententia fundatur. Audit̄is (inquit) quia datum est; diliges proximū tuū, & odio habebis inimicum tuū. Ego autē dico vobis; diligite inimicos vestros, benefacie his qui oderunt vos.] Quibus verbis manifestè inter dilectionē amici, & inimici discrimē ponit, & quasi duos gradus charitatis fraternalis costituit. At ut perfectionis natura pādatur, hos duos charitatis fraternalis gradus, quibus amicos, & inimicos diligimus, simul acceptos in tres gradus distribuamus, & primū incipientibus, secundū proficientibus, tertiiū perfectiis assignemus. Et hic tertius gradus erit perfectionis pars, aut simul cum charitate Dei, quam lupr̄ exposuimus, totius vitæ christiana perfectione.

Primus igitur fraternali charitatis gradus, & ad incipientes pertinens, ille est, quo amicos, & inimicos ita diligimus, ut nec desiderio, nec opere, nec verbo ullum eis malum, vllāve iniuriā inferamus. Qui enim tam in lege Dei pulsillus est, ut inimicis, & sibi calumniantibus, aut persequentibus graues iniurias infrafat, ipsōque odio habeat, & amicos verbis amarulentis afficiat, & prauis exēpliis percuriat, neqdū legē Christi custodire cōpet, nec vitam spiritualem acquisuit. Hunc gradum charitatis primum fecit Beatus Dorotheus, cuiusque meminit in hæc verba. Requirit à te Deus, ne iniuria proximū officias, ne percutias, ne obloquaris, ne cōsiderias, ne despicias, & sic sensim benefacere incipis, dū fratre tuū curas dulci sermone, dum compateris illi, & cùm re villa ei opus fuerit, tradideris. Et sic per gradus concendentis, tandem auxiliante Domino ad scalarum summītatem peruenies. Ex hoc enim modico auxilio proximi ad id cōscēdis, ut optes commodum & utilitatem eius, sicut tuū; & hoc est diligere proximū sicut te ipsum.] Id ipsum (quod magis est) non obscurè Paulus affirmat. Dilectio proximi (ait) malum non operatur.] Vnde illud profecto sequitur, & illud intelligitur, quæ malum operatur & quæ proximis contumeliam, aut iniuriā irrogat, dilectionē omnino non esse, nec ad initium vera charitatis ascendit. Sicut enim membrum corporis, quod alia mēbris inficit, & tābe corrūpit, & prēterga, nec aliorū mēbrorū dolore sentit, nec malū a se illatū aduerit, aut ab aliis precū, aut stupidū, aut vita priuatū existimamus; ita hominem alis proximis, aut opere,

Bern. ser.
de vita qui
quinque
sensibus
amoris

Gregor.
bō. 27. in
euang.

Matth. 5.

Doroth.
doct̄. 14.

Rom. 13.

aut

aut verbo nocentem, nec id sentientem, nec curantem, planè mortuum, & charitatis vita carentem appellare non eximemus. Effectus quippe vita vitam; & fructus mortis mortem indicant. Quod si in illo homine mortis spiritualis signa conspicimus, quis nobis iure succensat, si eum non cum viuentibus, & charitatem habebitis, sed cum mortuis computemus: Expende itaque, ô religiose, & serio tecum cogita, quia omnes alij fratres tui, mebra tua coniunctissima sunt, & vnu tibi esse eligendū, aut eis nec verbo, nec exemplo nocere, aut à primo gradu, & ab ipso initio frater nra charitatis excidere. Si verò aliqui nōcumentū, aut iniuria intulisti, huiusc mali à te commissi dolorem concipe, vulneri à te facto remedii adhibe, & de cetero à similib. dānis inferēdis abstinere statue, vt primū charitatis fraternæ gradū habeas, & ex illo ad secundū proficientium, & tertium perfectorū gradum ascendas. Esne tu huius corporis oculus, qui scientia Deum inquiris, cō filio pares, intellectu perflustras, sapientia contéplaris? intermitte igitur paulisper visionem istā tuam, fortassis magis curiosam, quā vtilem, & inspice vulnus pedis, hoc est, infimi fratris à te illatū, quāre membro agroto medicinam. Esne auris audire auens, quid loquatur in te Dominus Deus? scito iraq; quoniam loqueretur pacem in plebē suam, & super sanctos suos; & in eos qui conuersi sunt ad cor. Præcipiet, inquit, vt audias querelas fratris, quas de te habet sanè iustissimas, & illi satisfacias, quē læstisti. Esne os, cui Deus munus prædicationis cōmisit, sciens quando debebas proferre sermonem verba Dei eructas, vt conuertas corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorū, parate. Domino plebē perfēctam: Ne sis mutus ad medicinam, qui fuit ad plagam inuerēdūs, & procax: procide ad pedes fratris; prome oleum verborū suauum, que plagam leniant, & tumorem depellant. Esne manus, qui charitate permotus, corpori inseruis & ministras mēsis, vt alij vident orationi, & non reliquant verbū Dei: Aduertere tui esse munera vulnus curare, & medicamina adhibere, ne membrum à telāsum, id est frater, à te iniuria affectus, vulnere turget, & non curatus computrefeat. Esne caput, alios gubernans ac regens, sensum, ac motū, primum exemplis, deinde doctrina tribuēs? Ne igitur pedes cōtemnas, nimirum eos, qui tibi subiecti sunt, quia sine pedibus ambulare nō poteris, nec tuas partes agere, nec proterius in officio cōtineare. Ei quidem, qui aliorum gubernacula non admisit, non fuit probro proclamare & dicere: Nō sum medicus, & in domo mea non est panis, neq; vestimentū: At tibi qui curā aliorū suscepisti, & homines impo-suisti super caput tuum, valde probossum erit, si tuis præseruit à te læsis, nō medearis, neq; panem doctrinā, tum vita tum sermone subministres. Si igitur malum fratris non sentis, siue oculus sis, siue caput, aut quodvis aliud membrum; si dolorem, cūm illius sis causa, nō percipis; signum est, quod vita perfecta charitatis non viuis, neq; fratri illigatus es vinculo dilectionis. Est ergo primus charitatis fraternæ gradus, ad vitā spiritualis tirones spectans, quo quis fratres, & proximos membra sui corporis existimans, illis nullum malum, nullāmve incuriam infert; & si quam vel leuem intulit, ita in sensu charitatis adnertit, & ei curat debita satisfactione mederi: & cum fratre itecum in gratiam redire.

Sequitur hunc charitatis gradū, secundus, qui proprius est proficientium, & ad perfectionem anhelantium, quo tam amicos, quam inimicos, tam in nos beneficos, quam maleficos, eo propter Deū amore complectimur, vt omne bonū eis desideremus, & cōcessa nobis facultate, bona spiritualia, & temporalia im-

A pertiamur. Ad quē gradum sacrae paginę nō non semel inuitant. Alter alterius (inquit Paulus) onera portare, & sic adimplebitis legē Christi.] Quam legem, nī legem charitatis, quam saluator nōster Iesus Christus, suum præceptum, ac legē proper rationes inferius explicadas, appellavit. Et alio loco: Dabemus nos firmiores, imbecillitatis infirmorum sustinere, & nō nobis placere:] hoc est, non ad nos solos respicere, nec nōlā dumtaxat virilitatē curare. Et Ecclesiasticus: Nō te pīgeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis.] Et tandem caput Ecclesia Petrus: Vnusquisq; sicut accepit gratiā, in alterūrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei.] Innumerā sunt alia, quibus sacra Scriptura hunc gradum fraternæ charitatis commēdat. Quem Deus ipse nobis nō solo verbo, sed multō magis actione commōstrat. Ille enim verus dilectionis præceptor, atque magister, ita se ad creaturas suas cōparat ve & animę bona, & etiā subsidia corpori necessaria tribuat. Bonorū spiritualiū preciū quidem rationem habet, & ea hominibus à te dilectis maiori diligentia procurat. Nam & eos à vinculis peccatorū disolvit, affectus inordinatos temperat, facili amorē & rerum terrenarum desideria pellit, aduersariorum tentationes vincit, virtutes inferit, natūram imbecillitatem fulcit, atque aptissima instrūcta proponit, quibus animi alsequuntur puritatem. Sed bona temporalia non denegat, immo eximia liberalitate, & incredibili cordis dulcedine inter mortales distribuit. Quid enim fuit in sui populi gratiam Aegyptiorum in mari rubro submersio? Quid ē felice aquarum largissimum effusio? Quid illius manuē cālo descendens & Angelorum manibus preparati benigna administratio? Quid serpentes ānci, vt eius aspectu à serpentibus venenatis liberarentur, erexit? Quid vestitum, ne quadraginta annis attenerunt, custodia? Quid dūcatus columnā nubis per diem, & lucernā splendētis per noctem? Quid terra promissæ largitio, incolarum profligatio, de hostibus insignes victoria, regni robur, arque stabilitas? Quid inquam hēc sunt, nisi bona corporalia in corporis vīlum, in huius saeculi gloriā, in vita temporalis beneficium attributa? Quid etiam sunt cālorū motus, syderum cursus, solis calores aspectusque benigni? Quid frigora & pluviae temporaneæ atq; serotinae, vt fruges exoriantur, & maturoscant? Quid elementa & ex illis coaginata corpora mista inter quā sunt metalla, alia valde necessaria, vt ferrū & aēs: alia & necessaria & pretiosa, vt argentum, & aurum, quibus, tū ad artes exercēdas, & multa opera humanae infirmitatē proficiā, tum ad splēdorem & cultum, dīoītāq; iuuamur? Quid vegetabilia vt olera, & plantae, & arbores fructiferae ad cibū, sylvestres ad focū, & alia robusta & flatura procerā ad constrēdas domos, quibus à temporis iniuria defendimur? Quid animalia mansuetā & agrestia, quorū carnibus vescimur, lanis vescimur, & robore ad vēctūrā, ad subigendā terrām, ad comportandas merces & ad alias vita necessitates vīmūr? Quid tandem sunt alia, quē non tā vīlitas, quām voluntati & iocūditatē deseruunt, vt cantus avī, flores & lilia camporum, ciborū suavitates, & alia huius generis, quē vt moderate delectationē seruit, creata reperiuntur? Rēctē enim dixit Bernardus: Benignū Domini multa ad sufficiētiōnē, alia ad consolationē, alia ad correctionē, & alia denique ad delectationē fecisse. Quid etiā sunt haec nīlā temporalia beneficia, corporalia dona, diuinę dilectionis opera, & immensi autoris insignia; illa priora spiritualia bona sanctus David sua anima prærogata, magna spiritus exultatione prædicat, & omnibus viribus in glaciariū actionē rūpudiāt. Be-

Galat. 6.

Rom. 15.

Eccles. 7.

1. Petri 4.

Bern. ser.
14. in
psal. Qui
habitat.

Psal. 102.

nedic anima mea Domino (ait) & omnia quae intra me sunt nomini sancto eius: Benedic anima mea Domino & noli obliuisci omnes retributioes eius.] Quae sunt autem Domini retributioes & beneficia, subiungit, dicens: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.] Id est omnia virtus tua, vniuersos affectus inordinatos tuos: Qui redimit de interitu vitam tuam.] dum te à Diaboli captiuitate eripit: Qui coronat te misericordia & miserationibus, dum virtutibus ac donis exornat: Qui replet in bonis desiderium tuum, illo nimis bono, quod Deus est, in quo continentur omnia bona, extra quem nihil est, quod sit bonum. Nunc ex parte repletur desiderium tuum, cum quasi furtive gustas quam suavis sit Dominus; sed tunc omnino replebitur, quando corruptibile hoc induet in corruptionem, & renouabitur ut aquila juventus tua. Ista vero bona temporalia corpori exhibita, non prætermittit, sed propter ea alio loco ad laudandum dominum mortales inuitat. Precinete (inquit) dominum in confessione, psallite deo nostro in cithara: Qui operit celum nubibus, & parat terram pluviam: Qui producit in montibus frumentum, & herbam seruitum hominum. Qui dat iumentis ecclesia ipsorum, & pullis coruorum innocibus eum.] Vt raque autem bona Chrysostomus breuiter, sed eleganter commemorat. Quae à deo accepisti (inquit) sunt ista: Corpus tibi formavit, anima ipse cōtulit: honorauit te ratione solum ex animalibus terrenis, omniū tibi visibilium usum contulit: sui præstvit scientiam, præ tradidit filium; baptisma tot plenum bonis donauit: sacram tibi dedit mensam; regnum promisit & arcana bona. J. Bonis igitur spiritualibus, ac etiā corporalibus nobis exhibitis, Deus noster suum amorem declarat.

Quin & Christus filius dei, nobis in verâ dilectionis darus exemplar, & spiritualia bona, & temporalia quoq; ex charitate donabat. Nam ille, qui venit peccatores saluos facere, & à diaboli eripere potestates, ille, qui iam conuersos in virtutibus, & sanctitatis itineribus eruditib; ille qui iter in celum doctrinam, & exemplo pandebat: idem ipse alia charitatis officia minus præcipua, & corporali imbecillitati necessaria, minime repudiabat. Vnde subleuatis oculis, quos præ modestia continenter humi defixos tenebat, videñs; multorum hominum turbâ sua vestigia sequente, famem; siq; confessus, ratetus misericordia cordis intritus, edito miraculo in vasta illa solitudine pascit, panibusq; & piscib; recreatos benignissime ad propria remittit. Quod non semel eadem indigentia pergitte ab ipso factu esse cognovimus. Nec solum famem, verum etiā alia corporalia incomoda repellebat. Nam & cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum, febricitatibus temperiem, lepra infectis munditiâ, & breuiter alia qua piæ ageritudine laborantibus, sanitatem dabat; & desolatos tristitia, in modo & ipse morte detentos, mortis fauibus eripiebat; sua nimis charitatis incendum, & spiritualibus beneficiis, & temporalibus adiumentis communis trans. Omnes sancti eandem viam ingressi sunt, & non minus corporalibus bonis in alios erogatis, quam spiritualibus subfidiis adiectis, proximorum dilectionem ardentiis ostenderunt. Sciebat enim hanc esse à paulo præscripta regulâ charitatis, ut opera misericordiae corporalia etiā exhibeant. Charitas fraternalis (inquit) maneat in vobis & hospitalitate nolite obliuisci: per hanc enim latuerunt quidam angelis hospitio receptis. Memetote vinctorum, tāquam simul vincti, & laborantium tanquam & ipsi in corpore cōmorantes.] Hoc est, tāquam i; qui corporis laboribus estis obnoxij, & cum molestia aliqua corporali afficiemini, vicē vobis respondi concupiscetis. Et rursus: Beneficentia & com-

A munionis, nolite obliuisci, talibus enim hostis promeretur Deus. O quām ingens felicitas est, ab his artē amandi perdisere, qui non amorem cæcum & insipientē, quo malis, ac peccatis impingamus, sed charitatem sapientem, & omnia lustrantem, qua postquā cediderimus, ad virtutis culmen assurgamus, edocēbūt! O quām magnum lucrum hos habere amoris preceptores, & dilectionis magistros, qui viri, eū amorem ingerent, à charitate prouidentem, cuius auxilio minima etiam opera, mirum in modū, pretio & valore crescunt, & magni meriti reputantur. Si vis ergo, o virtutis & puritatis amator, infantiam amoris excdere, & in fraterna charitate proficere, non solum à malis in proximos inferendis abstine, sed omnia bona, tum spiritualia, tum temporalia, eis cupere atque praestare stude: Ama proximos tuos, ama fratres tuos. Sic ama propter deum, ut omnes tuis talentis adiunes, omnes verbis, & exteriis signis honores, omnes sermones, & opere consoleris, omnium molestias, imbecillitates & iniurias sustineas; omnibus dulcis, benignus, & suavis appareas, & omnes tuo exēplo charitatem doceas, & ad amandum fratres & beneficiū dum alii. Sic ama, ut nemo te vani, & nimis erga aliquam amoris, aut singularitatis arguat. Sic ama, ut hostis beneficium, & inimicus amicū sentiat. Sic ama ut vniuersite verum dei amatorem agnoscat, qui in licitis, & honestis omnib; præstō sis in his verò, quæ voluntati diuinæ, aut eius legibus aduersantur, omnibus constanter resistas, & sapienter contradicas. Dum hæc omnia feceris, iam in charitate fraterna non parum profecisti, & magnas amoris, & meritorum opes comparasti.

B Postremus fraternalis charitatis gradus solis perfecti congruens, ille est, quo ita amicos, & inimicos amamus, ut tanta sollicitudine, & diligentia ipsius infligere mala caueamus, & bona præstare curemus, ac si nobis ipsi hæc bona, in alios collata, prodeßent; aut in nosipos aliorum mala reciderent. Hic gradus charitatis est, quo quisque non viximque diligat proximum, sed manifeste diligit eum, sicut seipsum. Quem perfectissimum esse, atque adeo ipsam spiritualis vita perfectionem (si charitatē erga deum supra descrip̄tiōnē comitem habeat) sacrarum literarum confirmat auctoritas. Scriba namque ille in lege peritus, Christi salvatoris nostri de dilectione doctrinam admirans, ita eam non sine stupore confirmat. Bene magister, in veritate dixisti, quia unus est deus, & non est aliud præter eum. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tamquam seipsum maius est omnibus holocaustis & sacrificiis.] Cuius sententiam verissimam fuisse, autor ipse veritatis astruxit. Videñs enim quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es lögē à regno dei.] Quare ergo dilectione proximi, quia quis diligat eum, sicut seipsum omnib; holocaustis, & sacrificiis antefertur, nisi quia hec media sunt, illa finis: hæc instrumenta sunt, illa autem hæc perfectionis subfida, illa metis sanitatis, atque perfectio. Aperte vero dominus id ipsum docer, dum mandatum fraternalis dilectionem primo & maximo mandato charitatis coæquat: secundum (ait) simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum.] Quam ob causam hoc mandatum simile primo est, nisi quia etiam datum est de fine legis, nimisrum de perfectione ipsa, ad quam omnia alia mandata ordinantur, & tāquam ad scopum diriguntur, & à qua omnis lex, & omnes prophetæ velut à fine dependent. Nam qui voluerit perfectionem assequi, omnia à prophetis commendata, & omnia debet à lege mandata secuari. Ut autem hanc rem dominus sine vila ambiguate nobis

D Marc. 12. ibidem. Matt. 22.

E testata

Ibidem.

Hebr. 13. Ibi.

Ibidem.

Quam ob causam hoc mandatum simile primo est, nisi quia etiam datum est de fine legis, nimisrum de perfectione ipsa, ad quam omnia alia mandata ordinantur, & tāquam ad scopum diriguntur, & à qua omnis lex, & omnes prophetæ velut à fine dependent. Nam qui voluerit perfectionem assequi, omnia à prophetis commendata, & omnia debet à lege mandata secuari. Ut autem hanc rem dominus sine vila ambiguate nobis

Rom. 8.

Rom. 13.

Aug. 7. de
Trinitat.

Mat. 22.

Cant. 2.

Profer.

Cant. 2.

testamat faceret, iam mandatum dilectionis erga Deum separatum, iam mandatum dilectionis erga proximum suorum, tamquam per se sufficiens ad omnem perfectionem, & sanctitatem exploitum. Nam & Paulus huius magistri spiritu edocetus ait: scimus quoniam diligenteribus Deum, omnia cooperantur in bono. Et iterum: Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces; & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum.] Hoc ideo (inquit Augustinus) quia qui proximum diligit, consequens est, ut Deum diligit. Quod si in dilectione proximi, quia diligimus eum, sicut nos ipsos, Dei dilectio comprehenditur, & omnium mandatorum summa concluditur, iā in ipsa simul cum dilectione Dei, omnis vita nostra perfectio consistit. Hoc itaque praesertim: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.] Non solum praeceptum: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, sed etiam verbū, & suauatio perfectionis est: In quo cūm non dicat Dominus: Diliges proximum tuum tamquam te ipsum; sed sicut te ipsum, non qualitatem amoris iuberit, quæ etiam à vita perfecta aliena est, cūm eo ipso, quod maiora bona proximitatebunt, & tenuiori affectu complectentur eo scilicet maior, & perfectiori amore diligunt) sed similitudinem amoris, & charitatis requirit, introducit enim Dominus sanctam animam in cella vinariam hoc est, in spirituale vitam, & ordinat in ea charitatem, dum ordinē & modum diligendi prescribit. Primo quidem diligendus est Deus: Deinde Christus secundum eam naturam, quam nostri gratia induit; postea nos ipsi transirem proximi, & fratres. Et hi, licet non equaliter, quia præferendi sunt sanguine coniunctiores, aut vita puritate meliores, aut donis & muniberis beneficentiores, omnes tamen ad eum modum & his conditionibus diligendi sunt sicut nos ipsi diligimus. In hunc modum Prospere Episcopus, præceptū istud, & intellectu, & expedit. Ille nobis ordo dilectionis seruadus est, iuxta illud quod dicit Spiritus sanctus: Ordinavit in me charitatem; ut sicut ordinata chartas poscit, ut Deum principaliter diligamus, & propter ipsum, & in ipso, ea qua diligenda sunt tantum quantum ipse præcepit, diligamus. Ipse enim præcipit, ut corpora nostra propter nos, & ipsum plus diligere, quam nos debemus: ita sanè ut eis, quos nobis coniunctiores familiaritas facit, si eos fama non reprobat, & vita commendat, nos amplius impediamus, omnium profectus nostros esse credamus, & de aliorum peccatis, tamquam de nostris, misericorditer lugeamus.]

Sed quis hic perfectionis naturam inquirimus, & supremum fraternalis charitatis gradum, qui ad ipsam pertinet perfectionis substantiam, indagamus; considerandum est, in fraterno charitate, sicut & in dilectione erga Deum, & aliquid, quod est præceptum, & aliquid, quod est finis, & consilij, posse signari. Præceptum quidem est ita fratres diligere, ut nullum eis malum, & nullam contumeliam, aut iniuriam inferas, & ut auxilium, & iuamē extrema, aut gravi necessitate laborantibus, conferas; si tu consimili necessitate, aut penuria non labores, & ut corum, aut vitam, aut famam, aut substantiam tuearis, cūm sine æquali, aut gravi damno poteris ab imminentī mali seruare; ad quæ omnes particulares successus, quos Theologici enumerant, non difficile reuocantur. Finis autem præceptū est, si fratrem eadem cura, & sollicitudine ac te ipsum diligas; si non solum præcepta, sed etiam pietatis, & beneficentiae consilia complectaris, si in proximis, nō iam hominem, sed Dei imaginem & Christum ipsum intuearis; si eos verbis, & exēplis ad omnem virtutem, & sanctitatem allicias; si inimicis, &

A hostibus vultum pacatum, iniuria condonationem, verba lenia, specialia beneficia, & pacem (quod in te est) & amicitiam non deneges; Si denique beneficis in fratres collatis, & bonis in ipsis largè profuis, Deum ipsum imiteris. Ad quam dilectionis fraternalis perfectionem exhortatur nos Nazianzenus, dicens: Cura, ut proximo tuo idcirco præstantior sis, quia benignior, sic, ut calamitosus sis Deo, Dei misericordia imitando. Nihil enim tā diuinum homo habet, quā de aliis bene mereti: tametsi ille maiora, hic minora beneficia conferat, verque nimis pro suis viribus. Egenti parum aliquid dato, neque enim parum est ei, qui omnibus rebus caret, imò nec ipsi quidem Deo, si viribus tuis par sit. Summi muneris loco: alacritatem dona; si nihil habes, collachryma. Magnum est infortunato remedium miseratione, ex animo collata, ac sincere condolescere calamitatem magnopere lauat.] Cuius verba, si attentè expendamus, dilectionem, qua nos ipsos prosequimur, delinearam, & ad proximos translata videbimus. Quisque enim nititur sibi ipsi esse instar Dei: Nam Creatoris prouidentiam imitans, in omnibus sibi prouidet: si multum potest, multum sibi tribuit; si parum, illud quidquid sit, sibi ipsi non denegat: In rebus prosperis alacritatem, in aduersis commiserationem sibi libet impendit. Haec eadem simili cura fratribus impendenda sunt, ut ad charitatem fraternalis perfectionem properemus. Quam perfectionem summis labiis delibatam, volumus sub alio principio plenius gustare, & ut tanta res postular, copiosius & vberius exponere.

*Greg. Na
zian. orat.
de paupe
rū amore.*

C

*Quæ fraternalis charitas sit vita spiri
tualis perfectio.*

CAPUT XXV.

R A T E R N A E charitatis, quæ perfectionis nomen obtineat, præstantiam; ac nobilitatem exponere, non est ruditatis humana; sed lucis, & sapientiae diuina. Sicut enim Deus est, qui sanctos, & perfectos viros opus huius absolutissima charitatis docet; ita ipse est, qui verba ad eam explicandam, & manifestadām impertit. Sed dicamus nos citius auxilio feci, ciūque in mēle benignitati subnixi, si non id quo tam sublimis materia digna est: at id, quod mente concepimus, & ex sanctorum, ac perfectorum vita, & conuersatione didicimus. Perfecta charitas fratrum, est unitas membrorum Christi, qua inter se indissolubiliter copulantur, & capiti suo Redemptori iunguntur. Est fons omnium bonorum, fluius pacis, clypeus anime, dulcedo cordis, indicium humanae naturæ, & mater honorabilis patris familias domum gubernans. Est fames iustorum bonis plena, numquam extincta, thesaurus infinitus, debitum inexhaustum, & imago pulcherrima perfecti, & sancti amoris, quo nos ipsos diligimus. Hanc unitatem Dominus ipse iamiam iturus ad Patrem, suis membris hac oratione postulabat. Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.] Vobis quidem, non substatia, sed pace, sed charitate, sed imitatione, sed concordia voluntatem. Vi hæc voluntaria vno (ait Cyril) naturalis in Filio, & Patre unitatis imago quedam esse videatur: Ut nullo videlicet modo, nulla vi voluntatis, aut periculi fangi, debilitative possit, sed conservetur in pietatis, atque sanctificationis unitione charita-

Iohann. 17.
*Cyril lib.
11. in loz.
c. 20.*